



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui in ægritudine baptizantur. xxxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*De paruulis infirmis baptizandis. Cap. XXXII.*

**D**e paruulis verò, qui nuper materno utero editi sunt, *Ex cōcil.*  
placuit constitui, ut si infirmi, ut affloret, fuerint, & lac *Haberige*  
maternum non appetunt, etiam eadem die qua nati sunt, *rūda, ca.*  
si oblati fuerint, baptizentur.

5.

*De illis qui in ægritudine baptizentur. Cap. XXXIII.*

**S**i quis ergo in ægritudine fuerit baptizatus, presbyter *Ex cōcil.*  
ordinari nō debet, Nō enim fides ilius est voluntaria, sed *Neocæsa,*  
ex necessitate descendit, nisi forte postea ipsius studium, & *cap. 12.*  
fides huius probabilis videtur, aut hominum raritas cogit.

*De illis qui paruulos recentes negant esse bapti-  
zandos. Cap. XXXIII.*

**I**TE M placuit, ut quicunque paruulos recentes ab uter- *Ex cōcil.*  
bris matrum baptizados negat, aut dicit, in remissionem *Africa-*  
quidem peccatorum eos non baptizari sed nihil ex Adam *no, ca. 66*  
trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis  
expietur, unde sit consequens, ut in eis forma baptismatis  
in remissionem peccatorum nō vera, sed falsa intelligatur,  
anathema sit, quoniam non aliter intelligendum est  
quod ait Apostolus: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt, nisi quemadmodum Ecclesia catholica ubique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in seipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionē veraciter baptizantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerūt.

*De infirmis baptizatis. Cap. XXXV.*

**Q**UOD oporteat eos qui in ægritudine percipiunt *Ex cōcil.*  
baptismia, postquam cōualuerint fidem perdiscere, *Lagdien.*  
& scire cuius munieris participes facti sint. *cap. 47.*

*De ægrotantibus, si baptismum desiderant, et post  
obmutescunt. Cap. XXXVI.*

**V**T ægrotantes, si pro se respondere non possunt, quū *Ex cōcil.*  
voluntatis eorum testimonium sui, qui periculo pro *Africa-*  
proprio adfuere dixerint, baptizentur, & ut scenicas atque *no, ca. 12.*  
hystrionibus, ceterisque huiusmodi personis reconcilia-  
tio non negetur.

Q ii